


In Nomine sancte et individue Trinitatis amen. Quoniam iuxta
 verbum viri sapientis generatio preterit et generatio advenit ni-
 silque stabile et permanens est sub sole et vanitati et mutabili-
 tati subjacent universa. ne labentibus cum annis rerum magnifice
 seu utiliter gestarum. labatur pariter et aboleatur memoria mun-
 ficentias ac libertates presertim in pious causas et loca religiosae m-
 collatas scripturae convenit perpetuari. que non solum omnem em-
 rgentem in posterum precidat et tollat ambiguitatem. verum etiam
 universis ad quorum noticiam pervenerit laudabilis et imitatione
 digni exempli speciem representando commendat et ad similia imi-
 tanda eccendat. Cum enim omne datum optimum et omne donum
 perfectum de sursum sit a patre luminum descendens qui dat omni-
 nibus affluentem et nemini inproperat hominibus concedens. tempo-
 ralia non ut placeant et delectent quia in sua natura. vana vana
 sunt et corruptibilia. sed tanquam semen et materia ad exercenda mi-
 sericordiae operis benigna subministrans. oportet diem extreme me-
 sionis. quando omnes simul in eum dives et pauper stabunt an-
 te tribunal districti iudicis rationem de omnibus gestis strictissime
 reddituri. operibus charitatis prevenire in huius vite via semi-
 nanda quod tunc metetur in patria quando in exultatione report-
 labuntur manipuli honorum operum cum fructu centuplato. Et
 propter Ego Concedus divina miseratione Dux Merovicie
 et Cayacie cunctis presentibus et futuris presens scriptum in-
 specturis notum esse volo. Quod cum Prutem et alii Christiani
 nominis inimici magnam partem terrarum mearum ipsis adjou-
 centium

adjacentium Depredationibus incendiis tam ecclesiarum quam aliarum
rum locorum infectionibus et captivationibus virorum mulierum et
per multorum peccatis hominum qui altissimum in vocantibus
is irritaverunt. exigentibus miserabiliter divina permissione castra
verunt. eorumque qui Christum oderunt semper ascendens superciscen-
dens superbia involucrit adeo ut nec ad hunc ipsum in membris
ejus persequi cessent aut desistant non solum res imo magis ipsum
quoniam fidelium inter infinitas et horrendas crudelitatis et dicta abusu-
nes quos in contumeliam exercent creatoris scientes. sperans per
ros religiosos manum domini que nos tetigit et flagellum sue
indignationis placere. ejusque favente gratia qui suis adesse con-
suevit. per Christi milites. quorum spes virtus et gloria Deus est
chiam fortitudinis Sarracenorum conterendum. salutis anime
e ac meorum. eterneque retributionis intuitu. ac ob defensionem fa-
licum in Polonio. uxore mea Agnesia filius meus Boleslaus. C
simiro. Semovito expresse de bono et spontanea voluntate co-
sentientibus. accedente quoque consensu episcoporum magnatum
et majorum terre mee dedi et contuli hospitali sancte Marie
Theutonicorum domus et fratribus ejusdem domus totum et
integrum Culmense territorium cum omnibus suis pertinentiis
eo loco ubi Dreventra egreditur terminos Prussie et per
cessum ejusdem fluminis usque in Wislam et in decessu Wis-
usque ad Osam et per ascensum Ospe usque ad terminos Prus-
in veram et perpetuam proprietatem possidendum pleno jure
cum omni libertate fructu et utilitate. totam terram cum
quis. aquisque decursibus. stagnis. paludibus, montibus.

vallibus

valibus. saltibus. nemoribus. silvis. arbustis. pratis. pascuis. agris
 cultis et incultis. viis et inuis. cum omnium eorum libera et ple-
 na utilitate et fructu que in predictis omnibus sunt vel fu-
 erint inventa. apparentia et inculta et specialiter sive au-
 rum sive argentum vel alia quecumque species eris vel metallo-
 rum aul gemmarum. fontes vel vene salis et quicquid omnino
 interra vel supra vel in aquis inventum fuerit. castores et om-
 nes venationes quasumcunq; ferarum. piscationes quoq; pisei-
 um omnis generis cum ipsis aquis predictis et omni earum
 proventu et utilitate. in piscationibus. navigiis. pascagiis. pon-
 tibus. molendinis et insulis. cum villis et castris. foris mo-
 netis pedaguis. theloniis terrarum et aquarum et omnino
 cum omnibus contentis intra limites predictos cum pleno
 jure et integra libertate ipsorum etiam limitum sine qua-
 libet diminutione cum omni honore et jurisdictione perfec-
 to et vero dominio. proprietate ac possessione omnium
 predictorum et aliorum omnium que in privilegiis largi-
 tionum in favorabiles qualislibet personas vel loca in fa-
 vorem. commodum et cautelam eorum quibus confer-
 tur. conscribi solent et possunt. ita ut beneficium mee
 collectionis largissimam ad omne commodum honorem et
 utilitatem domus et fratrum eorum recipiat interpretatio-
 nem. Nichil prorsus juris utilitatis. advocacie patro-
 natus vel cujuslibet alterius juris. dicionis aut pote-
 statis. quocunq; nomine censerit possit vel appellari.
 michi. heredibus vel successoribus meis in omnibus sus-
 predictis

predictis


supradictis vel qualibet eorum retinens aut reservans, sed
omnia ea cum libertatibus et pleno et integro jure, sine
omni dolo, fraude, ceptione et captiositate sive diminutio-
ne aut coarctatione cum bona et exuberante fide et largi-
simo intellectu. Domui et fratribus memoratis contuli
collecta recognosco, me, heredes, et terram meam obligans
et teneri volens de evictione. Preterea quicquid de personis
vel bonis omnium Sarracenorum captivacione, depredacione,
extorsione, occupatione vel subjugacione mobilium sive im-
mobiliam, terrarum vel aquarum atque omnium in eis
contentorum, quolibet modo fratres predicti adipisci poter-
erint cum omni ac integro jure et libertate superius pro-
missa donationis nulla prorsus diminutione, coarctatio-
ne vel impedimento ipsis a me, heredibus meis vel quolibet
alio, quem nos prohibere vel coarctare possumus, presta-
do vel procurando, eisdem concessi, cum vera proprietate
et perfecto dominio quiete possidendum et in hoc consensu
cum uxoris mee, filiorum meorum, Episcoporum, baro-
num et iniquitatem terre mee consensu, contra omnem ho-
minem ad observationem et defensionem omnium supra-
dictorum, secundum omne posse et totas vires meas eisdem
auxilium et consilium bona fide firmiter promittens, om-
nes heredes et successores meos et terras meas obligans
mecum et astringens ad ratificationem observationem
et conservationem donationum, concessionum, obligatio-
num promissionum omnium supradictorum. Fratres quo-

que

quoque predicti bona fide reppromiserunt michi here-
 dibusq; meis secundum Dei honorem et amorem contra
 Prutenos et alios Sarracenos nobis conterminos ter-
 ram nostram impugnantes. quam diu hostes fidei
 sunt et inimici cultus Christi assistere et sine dolo
 ac fictione una nobiscum omni tempore militare.
 Ne igitur donationis et concessionis predictae celebri
 Digne memoria tam utiles quam necessariae non
 solum securitati fidelium in Poloniae qui graves
 impugnationes et oppressiones ab hostibus Christi
 jam dudum sustinuerunt in presenti proficientes
 verum etiam propagationi et ampliationi sacro
 sancte fidei catholice et etiam ipsos infideles. quo-
 rum exinde speratur conversio per Dei gratiam profutu-
 re abeant in oblivionem, aut cujuscunque calliditate, do-
 lo, versucia, sinistra interpretatione debilitari, perverti,
 frangi, violari valeant aut irritari, vel saltem male-
 vola machinatione attemplari, sed potius pie mee do-
 nationes sancte firmiter permanerent et inconvulse, ad
 perpetuam prefatorum gestorum memoriam presentem
 paginam testium infra scriptione, mei, uxoris mee.
 Episcoporum et magnatum terre mee sigillis roborari
 feci atque communiri. Acta sunt in Cristburg
 ante pontes, anno incarnationis dominice millesimo
 ducentesimo trecesimo, mense Junij, indictione
 tertia. Testes horum sunt. Gunterus Episcopus Ma-
 woi

Maroie. Mirlic Episcopus Cuyavie. Cristianus Episcopus
Prussie. Arnoldus prepositus. Wilhelmus Decanus.
Pacorlaus senior. Pacorlaus junior. comes Dirjou. Ni-
colaus Cancellarius magister. Johannes magister cancel-
larius. Georgius subcancellarius et alij etiam plures
tam religiosi quam seculares.

Faint, illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or similar, covering most of the page.

Monasterio

Legimus

episcopus
canon.
ou. Nis
cancel.
plures

Manoia. Mitha. Episcopus. Cuyano. Cantuari. Episcopo
Profess. Arnoldus. presbiter. Willhelmus. Doctor.
Franciscus. senior. Franciscus. junior. Petrus. de
colonia. Can. Sallernus. magister. Johannes. magister. canonicus
Lambertus. Franciscus. Stephanus. et alij. quorum plures
sunt. et alij. quorum plures sunt.